HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 211r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



amplius: & cetera similiter. nunc autem dicit. Et inuentus est in ea sanguis
prophetarum & sanctorum qui interfecti sunt in terra. In quibus uerbis ma
nifestissime demonstratur in hac ciuitate totum corpus diabo
li intelligi debere. Sanguis autem inuentus dicitur. id est
uindicta sanguinis que ueniet super omnem reprobam generati
onem. iuxta illud. Requiretur sanguis omnium qui effusus
est super terram a generatione hac. Sciendum est etiam quia ut
supra dictum est. illi sanguinem prophetarum & sanctorum fudisse inue
niuntur qui dicta illorum in aliud sensum quam prolata sunt peruerte
re non timuerunt. Capitulum xl.

Post hec id est post hanc predictam uisionem audiui mente XIX
quasi uocem magnam tubarum multarum in celo dicentium
alleluia. Iohannes in hoc loco personam tenet ecclesie que cot
tidie audit has uoces. quia ipsa eas emittit. Quod autem
dicit post hec. non est diuersitas temporis sicut dictum est. sed
ordo narrationis. Ista autem uox magna. magnum est
sanctorum desiderium. que recte magna dicitur quia sancti mag
na locuntur magna operantur. Multitudo tubarum.
multus est conuentus fidelium. Sed quamuis multi
sint unam uocem emittunt. quia omne quod locuntur in
unius fidei concordia consistit. Iste sunt tube predica
torum quibus septem diebus hiericho circueuntibus muri
illius corruerunt. Quod mystice in hac ecclesia complet
in qua per septem dies hoc est per omne tempus huius uite
predicatoribus tube doctrine insonanti
bus omnis fortitudo infi deliu ruit. Allelu
ia grecus sermo est. latine dicitur laudate dominum. Unde
& ubi nos in nostris codicibus habemus laudate pueri dominum.
greci habent alleluia. Alleluia quod sancti resonant. quia
& ipsi dominum uerbo & opere laudant. & ceteros ut eadem